Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36522
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

liciorum aliquorum sanctorum celebrare eorum
scilicet quorum festivitas apud nos cla
rior habetur. veluti est in octavis apostolorum
Petri et Pauli et ceterorum sanctorum quorum octa
vas celebrat consuetudo diversarum
ecclesiarum. Si non valemus omnium sanctorum na
talicia celebrare. quanto minus octa
vas eorum. Nonne est nobis differendum que
ecclesie colant illas vel illas octavas.
Sed quid nobis innuant ipse octave. In na
taliciis sanctorum frequentamus receptiones
illas cum anime sanctorum recipiuntur quan
do exeunt de corpore. De his receptio
nibus dicit augustinus in sermone xl. vi.
super iohem ierlm. Sic ergo diverse custodie mor
tuorum et diversa merita resurgentium.
receptus est pauper. receptus est dives. sed ille
in sinu abrahe. ubi ille sitiret et gut
tam aque non inveniret.

Ordo in vigilia theophanie. Leguntur
lectiones tres de ysaia. Prima lec
tio sic continet in capite. Omnes siti
entes venite ad aquas. usque erit
dominus nominatus in signum eternum quod
non auferetur. Secunda lectio sic continet
in capite. Surge illuminare ierusalem.
usque in tempore eius subito eius subito fa
ciam illud. Tercia lectio sic continet in
capite. Gaudens gaudebo in domino.
usque oculus non vidit deus absque te que
preparasti exspectantibus te. Postea le
guntur omelie sanctorum patrum ad ipsum
diem pertinentes. Unum amittimus in the
ophania ex his que celebramus in na
tivitate domini. id est invitatorium. Sepe
dictum est quod institutor officii in quan
tum potuit actionem illius temporis quan
do illa agebantur que recolimus in usita
to officio voluit ad memoriam reduce
re. Igitur quia voluit in isto distinguere
nostram bonam invitationem qua invitamur
et exercitantur fideles ad deum deprecan
dum ab invitatione herodis qua propria con
gregavit scribas et principes iudeorum
ut sciret ubi christus nasceretur quem cogi
tabat interficere. invitatorium presen
tis officii amisit. Cantatur tamen venite
pro sexto psalmo ea videlicet ratione
quoniam vocatio facta est gentilium in sexta
mundi etate dei. Sed et antiphona flu
minis impetus letificat civitatem dei.
que est ordine secunda cantatur septima. quia
nimirum post vocationem gentium sequitur
baptisma quod proprie sonat prenomina
ta antiphona. Tercia nocturna tan
git novum testamentum quod inicium ha
bet a baptismo. Qua propter habet in ca
pite antiphonam fluminis impetus
letificat cum alleluia. Que antiphona cum psal
mo suo ad liquidum sonat de novo tes
tamento. Sequentes similiter. Cantate domino
canticum novum. Psalmus aperte narrat
de novo testamento. Similiter dominus regna
vit exultet terra quem tres psalmi mon
strant precipue perturbationem et commo
tionem gentilium contra predicationem apostolorum
et subversionem ydolorum atque conversio
nem christianorum.

De Theophania.

SOLLEMPNITAS HEC SA
cratissima que a grecis theopha
nia. sive epiphania nuncupatur
latine vero apparitio seu ostensio vel ma
nifestatio interpretatur multimoda in se
continet mysteria. Cum enim christus nup